



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

Liber. VII. De sessione Christi ad dexteram Patris, & iudiciaria eius
potestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER SEPTIMVS.
 DE SESSIONE
 CHRISTI AD DEXTE
 RAM PATRIS ET IVDI
 CIARIA EIVS POTE
 STATE.

CAPVT PRIMVM,

CHRISTVS EST IN CAELIS AD
 dexteram Patris.

PROPHETIA. Psalm. 109.1. Dixit Dominus
 Domino meo: sede a dextris meis.

VERITAS. Matth. 22. 41. 42. 43. 44. 45.
 46. Congregatis autem Pharisais, interrogauit eos
 Iesus, dicens: quid vobis videtur de Christo? cuius
 filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo
 ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens.
 Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis,
 donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuo
 rum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomo
 do filius eius est? Et nemo poterat ei respondere vera
 bum: neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum am
 plius

plius interrogare. Marc. 16. 19. Et Dominus qui-
dem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in
calum & sedet à dextris Dei. Luc. 20. 41. 42. 43.
44. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Chri-
stum, filium esse David? & ipse David dicit in li-
bro psalmorum: Dixit Dominus Domino meo,
sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos,
scabellum pedum tuorum? David ergo Dominum
illum vocat, & quomodo filius eius est? Act. 13.
2. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Viri Israëlita au-
dite verba hæc: Iesum Nazarenum virum ap-
probatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs,
& signis, quæ fecit Deus per illum in medio
vestri, sicut & vos scitis: hunc definito consilio,
& præscientia DEI traditum, per manus ini-
quorum affligentes interemistis: quem Deus sus-
citavit, solutis doloribus inferni, iuxta quod im-
possibile erat teneri illum ab eo. David enim dis-
cit in eam: providebam Dominum in conspe-
ctu meo meo semper: quoniam à dextris est mi-
hi ne commovear: Propter hoc latatum est cor
meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea
requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam
meam in inferno, nec dabis Sanctum videre cor-
ruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: &
replebis me iucunditate cum facie tua. Act. 7. 55. 56.
57. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens
in calum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dex-
teris Dei. Et ait: ecce video calos apertos, & filiū ho-
minis stantē à dextris Dei. Exclamantes autem voce
magna

magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Rom. 8. 34. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Ephes. 1. 20. 21. 22. 23. Quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus: super omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Hebr. 1. 1. 2. 3. Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula: qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, per quem omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Ver. 10. 11. 12. 13. 14. Et: tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: sede à dexteris meis, quoad usque ponam inimicos

inimicos tuos scabellam pedum tuorum? nõne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi si propter eos, qui hereditatem capient salutis?

CAPVT II.

*Christus secundum humanam naturam
non est ubiq;.*

Hic observa, Christiane lector, grauiter hallucinari & errare eos, qui Christum Dominum secundum humanitatem docent esse ubiq; quæ hæretica omninò est assertio & sacris scripturis ex diametro aduersa. Vt enim ascensionem Christi ad cælos tollit, ita & sessionem ad dexteram Patris; si enim secundum eandem naturam ascendit, quomodo antequam ascendit ibi fuit? Simile iudicium si ab illo triumphali ascensu sedet à dextris Patris. *Lazarus* (inquit Christus ante passionem. Ioan. II. 14. 15.) *mortuus est: & gaudeo propter vos ut credatis, quoniam non eram ibi, (in Bethania scilicet) sed eamus ad eum.* Timorem quoq; angelus pijs tribus mulieribus apud sepulchrum post resurrectionem Christi adimere volens, inquit Matth. 28. 5. *Nolite timere vos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, queritis, non est hic, surrexit enim sicut dixit venite & videte locum, ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & præcedit vos in Galilaam, ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis. Quæ omnia verba hic, surrexit, locus ubi positus erat, præcedit, ibi, &c. Christi*

sti secundum humanam naturam ubiquitatem negant. Similis omnino locus est. Marci. 16. 6. 7. Apud D. Lucam verò duo angeli idem dicunt. Luc 24. 5. 6. 7. 8. Nec differunt duo angeli in ascensione eius in vestibus albis astantes & dicentes. Act. 1. 11. *Viri Galilei quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.* Assumptus verò est corporaliter secundum humanam naturam, ergo tali modo nobis nunc non adest, sed veniet. Est autem iam tali modo ad dexteram Patris, vt clarè D. Marcus asserit. Marc. 16. 19. *Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum & sedet à dextris Dei.* Nobiscum tamen est sua diuina gratia & gubernatione, & in sacro Eucharistiae sacramento sacramentaliter, omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Matth. 28. 20.

CAPVT III.

Christus indicaturus est viuos & mortuos, quod primò probatur ex prophetis scripturis veteris testamenti.

NOTA me hinc breuiter de ea potestate actuum, fusiùs enim ea de re egi libro tertio de quatuor nouissimis.

PROPHETIAE. Iob. 13. 8. 9. *Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur ut homo*

ut homo, vestris fraudulentis? Verſ. 13. 14. 15. 16.
 17. 18. 19. Taceſe pauliſper ut loquar quodcumq; mi-
 hi mens ſuggeſſerit. Quare lacero carnes meas den-
 tibus meis, & animam meam porto in manibus
 meis? Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo: Verum
 tamen vias meas in conſpectu eius arguam. Et ipſe
 erit ſaluator meus: non enim veniet in conſpectu
 eius omnis hypocrita. Audite ſermonem meum,
 & enigmata percipite auribus veſtris. Si fuero
 iudicatus, ſcio quod iuſtus inueniar; Quis eſt qui
 iudicetur mecum? veniat: quare tacens conſue-
 mor? Ibidem cap. 14. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
 Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus atq; con-
 ſumptus, ubi quaſo eſt? Quomodo ſi recedant aqua de
 mari, & fluvius vacuefactus areſcat. Sic homo cum
 dormierit, non reſurget, donec atteratur calum?
 non enigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. Quis mi-
 hi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcōdas
 me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi
 tempus in quo recorderis mei? Putaſne mortuus ho-
 mo ruruſum vivat? cunctis diebus quibus nunc mili-
 to, expeſto donec veniat immutatio mea. Vocabis me,
 & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum poro-
 riges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeravi-
 ſti, ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſaco-
 culo delicta, & curaſti iniquitatem meam. Cap.
 31. 13. 14. Si contempſi ſubire iudicium cum ſervo meo,
 & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me.
 Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum
 Deus? & cum quaſeris quid reſpondebo illi? Pſal.

9. 5. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Vers. 8. 9. Paravit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terra in aequitate, iudicabit populos in iustitia. Psalm. 17. 13. 14. Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis. Et intonuit de caelo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. Psalm. 40. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem; in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus operam ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur & peribit nomen eius? Vers. 12. In hoc cognovi quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Psalm. 74. 3. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias indicabo. Psalm. 95. 13. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae in aequitate, & propulos in veritate sua. Eccles. 3. 16. 17. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui. & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Ibidem cap. 12. 13. 14. Quis miserebitur incantatori a serpente percussos, &

so, & omnibus, qui appropiant bestiis? & sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. Vna hora tecum permanebit: si autem declinaueris, non supportabit. Sap. 4. 20. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Ibid. cap. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensate vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitia lumen non illuxit nobis, & sol intelligentie non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius percurrens, & tanquam nauis, qua transit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neq; semitam carinae illius in fluctibus: aut tanquam auis, qua transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum: & scin-

N n dens

dens per viam itineris aërem : commotis alis transf-
 volauit. & post hoc nullum signum inuenitur numerū
 illius, aut tanquam sagitta emissa in locum destina-
 tum, diuisus aër continuo in se reclusus est, ut igno-
 retur transitus illius : sic & nos nati, continuo desi-
 uimus esse: & virtutis quidē nullum signum valimus
 ostendere : in malignitate autem nostra consumpti
 sumus. Talia in inferno dixerunt hi, qui peccauerunt,
 Vers. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Accipiet arma-
 turam zelus illius, & armabit creaturam ad v-
 tionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam,
 & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum
 inexpugnabile aequitatem: acuet autem duram iram
 in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum
 contra insensatos. Ibunt directè emissiones fulgu-
 rum, & tanquam à benè curuato arcu nubium ex-
 terminabuntur, & ad certum locum insilient. Et
 à petrosa ira plena mittentur grandines, excande-
 scet in illos aqua maris, & flumina concurrent du-
 ruer. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tan-
 quam turbo venti diuidet illos : & ad eremum per-
 ducet omnem terram iniquitas illorum, & maligni-
 tas euertet sedes potentium. Eccles. 19. 20. Est
 nequitia, & in ipsa execratio : & est insipiens qui
 minuitur sapientia. Isai. 2. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
 18. 19. 20. 21. Quia dies Domini exercituum su-
 per omnem superbum, & excelsum, & super om-
 nem arrogantem & humiliabitur. Et super om-
 nes cedros Libani sublimes, & erectas, & super
 omnes quercus Basan. Et super omnes montes exc-
 celsos,

celsos, & super omnes colles eleuatos. Et super
 omnem turrim excelsam, & super omnem murum
 munitum, & super omnes naues Tharsis, & super
 omne quod visu pulchrum est. Et incuruabitur
 sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo vi-
 rorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa: &
 idola penitus conterentur: & introibunt in spelun-
 cas petrarum, & in voragine terra à facie formidina-
 nis Domini, & gloria maiestatis eius, cum surrexerit
 ut percutere terram. In die illa prouocet homo
 idola argenti sui, & simulachra aure sui, quas
 fecerat sibi ut adoraret talpas & vespertiliones.
 Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas
 saxorum à facie formidinis Domini, & a gloria
 maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.
 Ibid. cap. 3. 13. 14. Stat ad iudicandum Dominus,
 & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium
 veniet cum senibus populi sui & principibus eius: vos
 enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in do-
 mo vestra. Cap. 13. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Vox
 multitudinis in montibus, quasi populorum frequen-
 tium vox fontium regum gentium congregatarum: Do-
 minus exercituum precepit militia belli, venientibus
 de terra procul, à summitate caeli: Dominus,
 & vasa furoris eius, ut disperdat omnem terram. U-
 lulate, quia propè est dies Domini: quasi vastitas
 à Domino veniet. Propter hoc, omnes manus dis-
 soluentur, & omne cor hominis contabescet &
 conteretur. Toriones & dolores tenebunt quasi
 parturiens, dolebunt, unusquisq; ad proximum

Nu 2 suus

suum stupebit, facies combusta vultus eorum. Ecce
 dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus,
 & ira, furorisq; ad ponendam terram in solitudi-
 nem, & peccatores eius contereudos de ea. Quoniam
 stella cali, & splendor earum non expandent lumen
 suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & lumen non
 splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis
 mala & contra impios iniquitatem eorum, & quie-
 scere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam
 fortium humiliabo. Pretiosior erit vir auro, & ho-
 mo mundo obrizo. Super hoc calumturbabo: &
 movebitur terra de loco suo propter indignationem
 Domini exercituum, & propter diem ire furoris eius.
 Cap. 66. 14. 15. 16. Videbitis, & gaudebit cor ve-
 strum & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cog-
 noscetur manus Domini servis eius, & indignabi-
 tur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet,
 & quasi turbo quadriga eius: reddere in indignatio-
 ne furorem suum, & increpationem suam in flamma
 ignis; quia in igne Dominus diudicabit, & in gladio
 suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfe-
 ctia a Domino. Vers. 24. Et egredientur, & vide-
 bunt cadavera virorum, qui prauaricati sunt in me:
 Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extin-
 guetur, & erunt usq; ad satietatem visionis omni
 carni. Ierem. 4. 19. 20. 21. 22. Ventrem meum,
 ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt
 in me; non tacebo, quoniam vocem buccina audiuit
 anima mea, clamorem prelij. Contritio super con-
 tritionem vocata est, & vastata est omnis terra:
 repened

repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelle
mea. Usquequo videbo fugientem, audiam vocem
buccine? Quia stultus populus meus me non cogno-
uit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt
vi faciant mala, bene autem facere nescierunt. Ibi-
dem cap. 30. 6. 7. Interrogate, & videte si generat
masculus, quare ergo vidi omnis viri manum super
lumbum suum, quasi parturientis: & conuersa sunt
vniuersa facies in auruginem? va, quia magna dies
illa, nec est similis eius: tempusq; tribulationis est
Jacob, & ex ipso saluabitur. Vers. 24. Non auer-
tet iram indignationis Dominus, donec faciat &
completeat cogitationem cordis sui: in nouissimo die-
rum intelligetis ea. Ezech. 34. 17. Vos autem gree-
ges mei, hac dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse iudico
inter pecus & pecus, arietum & hircorum. Dan.
12. 1. 2. In tempore autem illo consurget Michaël
princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & ve-
niet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœ-
perunt usq; ad tempus illud. Et in tempore illo sal-
uabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scri-
ptus in libro. Et multi de his, qui dormiunt in ter-
ra puluere, enigilabunt: alij in vitam aternam, &
alij in opprobrium vt videant semper. Vers. 6. 7.
8. 9. 10. 11. 12. Et dixi viro, qui erat indutus lineis,
qui stabat super aquas fluminis usquequo finis ho-
rum mirabilium? Et audiui virum, qui indutus
erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum ele-
uasset dexteram & sinistram suam in calum, & iu-
rasset per viucentem in aeternum, quia in tempus, &

tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur uniuersa haec. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi, quid erit post haec? Et ait: vade Daniel quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad praesinitum tempus. Eligentur & dealbuntur: & impie agent impij, neq; intelligent omnes impij, porro docti intelligent. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta. Beatus, qui expectat, & peruenit vsq; ad dies mille trecentos triginta quinq;. Osee. 10. 7. 8. Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquae. Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel: lappa, & tribulus ascendet super aras eorum: & dicent montibus: operite nos: & collibus: cadite super nos. Ibidem cap. 13. 7. 8. 9. 10. Et ego ero eis quasi leaena, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa rapis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? maxime nunc saluet te in omnibus urbibus tuis; & iudices tui, de quibus dixisti: Da mihi regem, & principes. Ioel. 1. 13. 14. 15. Accingue vos, & plangite sacerdotes, utulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium, & libatio. Sanctificate ieiunium, vocate caelum, congregate senes omnes habitato-

res terra in domum Dei vestri : & clamate ad Do-
 minum : *A, a, a, diei* : quia propè est dies Do-
 mini, & quasi vastitas à potente veniet. Ibidem
 cap. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *Canite*
tuba in Sion, utulate in monte sancto meo, conturben-
tur omnes habitatores terra : Quia venit dies Domi-
ni, quia propè est dies tenebrarum, & caliginis, dies
nubis, & turbis : quasi mane expansum super mon-
tes populus multus & fortis : similis ei non fuit à prin-
cipio, & post eum non erit usq; in annos generationis.
Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens
flamma : quasi hortus voluptatis terra coram eo,
& post eum solitudo deserti, neq; est qui effugiat
eum. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum : &
quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum
super capita montium exilent, sicut sonitus flammae
ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis prapa-
ratus ad praelium. A facie eius cruciabantur populi :
omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes cur-
rent : quasi viri bellatores ascendent murum : viri in
vis suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis.
Vnusquisq; fratrem suum non coarctabit, singuli in
calle suo ambulabunt, sed & per fenestras cadent,
& non demolientur. Urbem ingredientur, in
muro current : domos conscendent per fenestras
intrabunt quasi fur. A facie eius contre-
mut terra, moti sunt cali : sol & luna obtene-
brati sunt, & stellae retraxerunt splendorem suum.
Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exe-
rcitus sui : quia multa sunt nimis castra
Nn 4 eius,

eius, quia fortia & facientia verbum eius: magna
 enim dies Domini, & terribilis valde: & quis susti-
 nebit eum? Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini
 ad me in toto corde vestro in ieiunio, & in fletu,
 & in planctu. Et scindite corda vestra, & non ve-
 stimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum
 vestrum, quia benignus & misericors est, patiens &
 multa misericordia, & prestabilis super malitia.
 Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat
 post se benedictionem, sacrificium, & libamen Do-
 mino Deo vestro? Vers. 30. 31. Et dabo prodigia in
 celo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem
 fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in san-
 guinem: antequam veniat dies Domini magnus, &
 horribilis. Cap. 3. 2. 3. Congregabo omnes gentes,
 & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo
 cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israël
 quos disperferunt in nationibus, & terram meam di-
 uiserunt. Et super populum meum miserunt sortem:
 & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendi-
 derunt pro vino ut biberent. Vers. 13. 14. 15. 16.
 Mittite falces, quoniam maturauit messis: veni-
 te, & descendite, quia plenum est torcular, exhuber-
 rarunt torcularia: quia multiplicata est malitia eo-
 rum. Populi populi in valle concisionis: quia iux-
 ta est dies Domini in valle concisionis. Sol & luna
 obtenebrati sunt, & stella retraxerunt splendorem
 suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusa-
 lem dabit vocem suam, & mouebuntur cali, & ter-
 ra: & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum
 Israël

Israël. Amos. 3. 8. *Leorugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?*
 Ibidem cap. 5. 18. 19. 20. *Vae desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebra & non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei versus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebra dies Domini, & non lux: & caligo, & non splendor in ea? Mich. 1. 3. 4. Quia ecce Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terra. Et consummentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera à facie ignis, & sicut aqua, qua decurrunt in præceps. Nah. 1. 2. Deus amulator, & ulciscens Dominus, ulciscens Dominus, & habens furorem: ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Verl. 7. 8. 9. 10. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se, & in diluvio prætereunte, consummationem facie loci eius: & inimicos eius persequentur tenebra. Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spina se invicem complectuntur sic convivium eorum pariter potantium: consummentur quasi stipula ariditate plena. Soph. 1. 14. 15. 16. 17. *Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ira, dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseria, dies tenebrarum & caliginis, dies nebula & turbinis, dies tubæ & clangoris super civitates*
 Nn 5 munias.*

570 LIB. VII. DE SESSION. CHRISTI.
munitas, & super angulos excelsos, & tribulabo ho-
mines, & ambulabunt ut cæci, quia Domino pecca-
uerunt: & effundetur sanguis eorum, sicut hu-
mus, & corpora eorum sicut stercora. Aggæi. 2.
22. 23. Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens:
Ego mouebo calum pariter & terram. Et subuer-
tam solium regnorum, & conteram fortunam
regni gentium: & subuertam quadrigam, & a-
scensorem eius: & descendent equi & ascen-
siones eorum: vir in gladio fratris sui. Zachar.
14. 3. 4. 5. 6. 7. Et egredietur Dominus, & præ-
liabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die
certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa su-
per Montem Oliuarum, qui est contra Ieru-
salem ad Orientem: & scindetur Mons oliuarum
ex media parte sui ad Orientem, & ad Occiden-
tem præruptu grandi valde, & separabitur medium
montis ad Aquilonem, & medium eius ad Me-
ridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum,
quoniam coniungetur vallis montium usque ad pro-
ximum: & fugietis sicut fugistis a facie terramo-
rius in diebus Ozia regis Iuda; & veniet Dominus
Deus meus, omnesque sancti cum eo. Et erit in
die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit
dies una qua nota est Domino, non dies neque nox:
& in tempore vespere erit lux. Malach. 3. 2. 3. 4.
5. 6. Ecce venit, dicit Dominus exercituum, &
quis poterit cogitare diem aduentus eius, & qui
stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis con-
flans, & emundans argentum, & purgabit filios Iuda.

ni, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum,
 & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et
 placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut
 dies saeculi, & sicut anni antiqui. Et accedam
 ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, adul-
 teris, & periuris, & qui calumniantur mercedem
 mercenarij, viduas, & pupillos, & opprimunt pe-
 regrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exerci-
 tum. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos
 filij Iacob non estis consumpti. Ibidem cap. 4. 1. 2.
 3. 4. 5. 6. Ecce enim dies veniet succensa quasi camin-
 us: & erunt omnes superbi, & omnes facientes im-
 pietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens,
 dicit Dominus exercituum, quae non derelinquet eis
 radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus
 nomen meum sol iustitia, & sanitas in pennis eius:
 & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et
 calcabitis impios, cum fuerint cinis, sub planta pe-
 dum vestrorum: in die, qua ego facio, dicit Do-
 minus exercituum. Mementote legis Moysi ser-
 ui mei quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israë-
 l precepta, & iudicia. Ecce ego mittam vobis E-
 liam prophetam, antequam veniat dies Domini
 magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad
 filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte ve-
 niam, & percuciam terram anathemate.

CAPVT III.

Eadem iudiciaria Christi potestas probatur ex Euangelistis.

Matth. 16. 27. 28. Filius enim hominis ventu-
 rus est in gloria Patris sui cum angelis suis:
 & tunc

Et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in regno suo. Ibidem cap. 24. 14. Et predicabitur hoc Euangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: Et tunc veniet consummatio. Veri. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. Et tunc patebit sanguis filii hominis in celo: Et tunc plangent omnes tribus terre: Et videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, et voce magna: Et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficis discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas: ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non prateribit generatio haec, donec omnia haec fiant. Caelum et terra transibunt, verba autem mea non prateribunt. De die autem illa, et hora nemo scit, neque angeli caelorum nisi solus Pater. Sicut autem in diebus Noë, ita erit et adventus filii hominis: sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes et bibentes, nubentes, et nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noë in arcam, et non cognouerunt donec venit diluuium, et tulit omnes: ita erit et adventus Filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, et unus relinquetur, dua molentes in mola: una assumetur, et una relinquetur. Vigilate ergo,

ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus
sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater fa-
milias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique,
& non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos
estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis
venturus est. Ibid. cap. 25. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. Cum autem
venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes an-
geli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue:
& congregabuntur ante eum omnes gentes, & separa-
bit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hæ-
dis: & statuet oves quidem à dextris suis, hædos au-
tem à sinistris. Tunc dicet rex his, qui à dextris
eius erunt: venite benedicti Patris mei, possidete
paratū vobis regnum à constitutione mundi; esurivi
enim, & dedistis mihi manducare: sitiivi, & de-
distis mihi bibere; hospes eram, & collegistis
me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & vi-
sistis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc
respondebunt ei iusti dicentes. Domine, quando te
vidimus esurientem, & pavimus te, sitientem, &
dedimus tibi potum? quando autem te vidimus ho-
spitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperui-
mus te? aut quando te vidimus infirmum: aut in
carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet
illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his
fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet &
his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in
ignem eternū qui paratus est diabolo, & angelis eius:
esurivi enim, & nō dedistis mihi manducare; sitiivi, &

non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperastis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam. Vide quoque Marc. 13. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. Luc. 17. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. Nam sicut fulgur coruscans de sub caelo, in ea, qua sub caelo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus Noë, ita erit in diebus Filii hominis. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem qua intravit Noë in arcam: & venit diluvium, & perdidit omnia. Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant. Qua die autem exiit Loth a Sodomis, pluit ignem, & sulphur de caelo, & omnes perdidit: secundum hoc erit qua die Filius hominis revelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro. Memores estote uxoris Loth. Quicumque quaesierit ante-

mam

mam suam saluam facere, perdet illam, & quicum-
 que perdidit illam, uiuificabit eam. Dico uo-
 bis: in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assu-
 metur, & alter relinquetur: dua erunt molentes
 in unum: una assumetur, & altera relinquetur:
 duo in agro, unus assumetur, & alter relinquetur:
 Respondentes diuini illi: ubi Domine? Qui dixit
 illis: ubicunq; fuerit corpus illud congregabuntur &
 aquila. Ibidem cap. 21. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
 33. 34. 35. 36. Et erunt signa in sole & luna, & stellis,
 & in terris pressura gentium pra confusionem sonitus
 maris, & fluctuum: arescentibus hominibus pra timo-
 re, & expectatione, qua superuenient uniuerso orbi:
 nam uirtutes caelorum mouebuntur, & tunc videbunt
 Filium hominis uenietem in nube cum potestate ma-
 gna, & maiestate. His autem fieri incipientibus, respice-
 cite, & leuate capita uestra: quoniam appropinquat
 redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem: uide-
 te ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex
 se fructum, scitis quoniam prope est aestas. Ita &
 uos cum uideritis haec fieri scitote quoniam prope est
 regnum Dei. Amen dico uobis quia non prateri-
 bit generatio haec, donec omnia fiant. Caelum &
 terra transibunt: uerba autem mea non transibunt.
 Attendite autem uobis ne forte grauentur corda
 uestra in crapula & ebrietate, & curis huius ui-
 ta: & superueniat in uos repentina dies illa:
 tanquam laqueus enim superueniet in omnes,
 qui sedent super faciem omnis terra. Vigila-
 te itaq; , omni tempore orantes, ut digni
 habeas

habeamini fugere ista omnia, quae futura sunt, & stare ante filium hominis. Ioan. 5. 22. 23. Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Vers. 25. 26. 27. 28. 29. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, vivent: Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

CAPVT V.

Idem probatur ex actis & scriptis Apostolorum.

Actorum. I. 10. 11. Cumq; intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri astitērunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt ei: viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum? sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in caelum, Ibidem cap. 10. 40. 41. 42. Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praordinatis à Deo: nobis qui manducavimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis

à mortuis. Et praecepit nobis predicare populo, &
 testificari qui ipse est, qui constitutus est a Deo iu-
 dex uiuorum, & mortuorum. Cap. 17. 30. 31. Et
 tempora quidem huius ignorantia despicens Deus,
 nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; pœnitentia
 agant, eo quod statuit diem, in quo iudicaturus
 est orbem in equitate, in viro in quo statuit, fidem
 præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Rom.
 2. 15. 16. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordi-
 bus suis, testimonium reddente illis conscientia ipso-
 rum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus,
 aut etiam defendentibus, in die cùm iudicabit Deus
 occult. a hominum, secundum Euangelium meum per
 Iesum Christum, 1. Corinth. 3. 11. 12. 13. 14. 15. Fun-
 damentum enim aliud nemo potest ponere præter
 id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Si
 quis autem superadificat super fundamentum hoc,
 aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum,
 stipulam, uniuscuiusq; opus manifestum erit: Dies
 enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur:
 & uniuscuiusq; opus quale fuit, ignis probabit. Si
 cuius opus manserit quod superadificauit, mercedem
 accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur:
 ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Ibid.
 cap. 5. 12. 13. Nonne de his, qui intus sunt, vos iudica-
 tis? nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte
 malum ex vobis ipsis. 2. Corinth. 5. 10. Omnes e-
 nim nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
 ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit,
 sine bonum, sine malum. 1. Thess. 4. 16. Deinde

nos, qui uiuimus, qui relinquitur, simul rapiemur
 cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic
 semper cum Domino erimus. 2. Thess. 1. 6. 7. 8.
 9. 10. Si tamen iustum est apud Deum retribuere
 tribulationem ijs, qui vos tribulant: & uobis qui
 tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini
 nostri Iesu de calce cum angelis virtutis eius, in flamma
 ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum,
 & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu
 Christi; qui pœnas dabunt in interitu aeterna a fa-
 cie Domini, & à gloria virtutis eius: cum uenerit
 glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in om-
 nibus, qui crediderunt, quia creditum est testimo-
 nium nostrum super uos in die illo. 2. Timoth. 4.
 1. 2. Testificor coram Deo, & Iesu Christo qui iudic-
 caturus est uiuos, & mortuos, per aduentum ipsius,
 & regnum eius: prœdica uerbum, in sta opportune,
 importune: argue, obsecra, increpa in omni patien-
 tia, & doctrina. Vers. 7. 8. Bonum certamen cer-
 tavi, cursum consummaui, fidem seruaui. In re-
 quo reposita est mihi corona iustitiae, quam uellet
 mihi Dominus in illa die iustus iudex: non sumo
 autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.
 Festina venire ad me cito. 1. Pet. 4. 3. 4. 5. Sufficit
 enim prateritum tempus ad uoluntatem gentium
 consummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs,
 desiderijs, uinolentijs, comestationibus, potationibus,
 & illicitis idolorum cultibus. In quo admirantur
 non concurrentibus uobis in eandem luxuria confu-
 sionem blasphemantes. Qui reddent rationem ei-
 qui

qui paratus est iudicare viuos & mortuos. 2. Pet. 2. 9. 10. 11. 12. Nostit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditia ambulant, dominationemq; contemnunt, audaces, sibi placentes, sceleras non metuunt introducere blasphemantes: vbi angeli fortitudine, & virtute, cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. Hi vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem in his que ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt. Heb. 9. 27. 28. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Ibidem cap. 10. 26. 27. 28. 29. 30. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis emulatio, que consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei contulcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratia contumeliam fecerit? Scimus enim, qui dixit: mibi vindicta & ego retribuam: & iterum: Quia iudicabit Dominus populum suum. Iudæ. 1. 6. Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum,

Oo 2 sed dere-

sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium
 magni diei, vinculis aeternis sub caligine reseruant.
 Apocal. 1. 7. 8. Ecce venit cum nubibus, & videbit
 eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plange-
 rent se super eum omnes tribus terrae: Etiam: Amen.
 Ego sum A. & Ω. principium, & finis, dicit Domi-
 nus Deus: qui est, & qui erat, & qui venturus est,
 Omnipotens. Ibidem cap. 6. 13. 14. 15. 16. 17.
 Et stella de caelo ceciderunt super terram, sicut ficus
 emittit grossos suos cum à vento magno mouetur, &
 calum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons,
 & insula de locis suis mota sunt: & reges terra, &
 principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis
 seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in
 petris montium: & dicunt montibus, & petris: ca-
 dite super nos, & abscondite nos à facie sedentis su-
 per thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies
 magnus ira ipsorum: & quis poterit stare? Cap. 14.
 6. 7. Et vidi alterum Angelum volantem per medietate
 cali, habentem Euangelium aeternum, ut euangelizaret
 sedentibus super terram, & super omnem gentem,
 & tribum, & linguam, & populum: dicens magna
 voce; timete Dominum, & date illi honorem, quia
 venit hora iudicij eius: & adorare eum, qui fecit cae-
 lum & terram, mare, & fontes aquarum. Cap.
 20. 11. 12. 13. 14. 15. Et vidi thronum magnum
 candidum, & sedentem super eum, à cuius conspe-
 ctu fugit terra, & calum, & locus non est inuentus
 eis Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in
 conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber
 apertus

AD DEXTERAM PATRIS. 581

apertus est qui est vite, & iudicati sunt mortui
ex his: qua scripta erant in libris secundum opera
ipsorum, & dedit mare mortuos, qui in eo erant:
& mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in
ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum ope-
ra ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in sta-
gnum ignis. Hec est mors secunda. Et qui non
inuentus est in libro vite scriptus, missus est in sta-
gnum ignis. Cap. 22. 20. Dicit qui testimo-
nium perhibet istorum, Etiam venio

cito: Amen. Veni Domine

I E S U.

L A V S D E O.

